

PETRI BARBOSÆ
LVSITANI, IN SVPREMO

PORTVGALLIÆ SENATV
CONSILIARII, MAXIMI CANCELLARII,
ET IN CONIMBRICENSI ACADEMIA IVRIS
CÆSAREI PRIMARII EMERITI
INTERPRETIS,

COMMENTARII

ad Interpretationem Tituli,

ff. de Iudiciis.

OPERA ET DILIGENTIA

PETRI BARBOSÆ DE LYNA, SVPREMI
CONSILII IN REGNO PORTVGALLIÆ
SENATORIS.

*PHILIPPO III. Hispaniarum & Lusitania Regi potentissimo
dicati.*



FRANCOFVRTI,

Sumptibus Wolffgangi Endler, Bibliop. Norbergensis,

Anno M. DC. L.



ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

D N. L U D O V I C O,
LANDGRAVIO HASSIÆ, COMITI
IN CATZENELNBOGEN, DIEZ, ZIEGENHAIN
ET NIDDA, CÆS. MAIEST. CONSILIARIO, CONTROVER-
SIARUMQUE FRANCOFURTENSIVM CUM ELECTORE MO-
GUNTINO, JUDICI DELEGATO, PRINCIPI AC
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

S. P.

ZACHARIAS PALTHENIVS, D.



*Q*UÆM de Judiciis, Illustrissime ac Celsissime Princeps,
sub Illustrissimi Nominis Celsitudinis Tuæ commen-
tatione Commentarium Petri Barboſæ IC. extra omnem aleam
culatissimi, in publicas manus venire ad foras prodire
iussi, multis de cauſſis Celsitudini Tuæ debetur, adeo ut
illa illum merito tanquam proprium ſibi vindicare, ni ſponte à me offerre-
tur, iure meritoq; poſſit. Quarum prima hæc eſt, quod literis humaniori-
bus Celsitud. Tua non ſolum ſit ubertim inſtructa, ſed & literatos, qua po-
teſt, gratia ac animi beneuola propenſione proſequatur, foueat & alat.
Quin & ſaniores Muſas adeo non refugiat, ut maximis ſumtibus undi-
quaq; conſcriptis Viris doctiſſimis Academiam nouam Giſſenſem in ferro
hoc ſeculo fundare ac erigere minime pepercerit, nec dum parcere deſinat.
Alter a quod ſpem mihi faciam, hocce munuſculum, quale quale ſit, Celsit.
Tua neutiquam iniucundum fore, cum pro Tuo in rem literariam amore
id genus muneribus gaudeas, utpote cui ſemper cordi fuerit bonarum artium
ſtudia & earum cultores magnifacere. Ut apte in Celsit. Tua cadat illud
Plinii in Traianum Imperatorem, Quem honorem magiſtris, quam di-
gnitatem ſapientiæ Doctoribus habes, Nonne ſub te ſpiritum & ſan-
guinem receperunt ſtudia? Tertia eſt, quod Commentarius hic in Celsit.
territorio, principatu, & ciuico propugnaculo Darmſtadino ſit à mendis
pur-



PETRI BARBOSÆ JURISCONSULTI HISPANI,

& consilarii Regii præstantissimi,

LECTURÆ ET INTERPRETATIONES in Tit. ff. de Judiciis.

L. I. & 2. Art. I.

De Prorogatione Jurisdictionis.

SUMMARIA.

- 1 De prorogatione jurisdictionis in hac l. & sequenti tractatur.
- 2 Materie prorogationis jurisdictionis quotidiana est, & latissime patet.
- 3 Prorogationis tractatio in quinque articulos dividitur.
- 4 Primus articulus continet definitionem prorogationis, & illationes quæ ex ea consequi videntur.
- 5 Secundus quatuorplex sit prorogatio.
- 6 Tertius quæ sint necessarie ad validitatem prorogationis.
- 7 In quarto tractabitur de causis admittentibus prorogationem jurisdictionis vel illam resistentibus.
- 8 In quinto explicabuntur effectus ex prorogatione jurisdictionis resultantes.
- 9 Definitio prorogationis jurisdictionis varie invenitur tradita per doctores.
- 10 Prorogatio jurisdictionis definitur, ut sit extensio jurisdictionis ordinariæ ad causam seu personam aliam sub ea non comprehensam.
- 11 Prorogationem jurisdictionis potest iudex excedere mitas jurisdictionis, quia huius excessus accedit voluntas partium, & legit approbatæ.
- 12 Prorogatio jurisdictionis est applicatio illius ad personas consentientes, quæ aliam sub ea non continentur.
- 13 Prorogatio non censetur diversa jurisdictioni sed potius eadem cum extensio.
- 14 Extensio dispositionis non inducit novam dispositionem, sed potius censetur eadem cum dispositione extensa.
- 15 Extensio remanet idem cum eo quod extenditur, neque antiquum nomen, vel effectus amittit.
- 16 Iudex à principio competens jurisdictionem prorogatam exercebit, cum eam de novo acquirere non videatur, sed tantum ampliorem seu latiore videatur assecutus.
- 17 Processus, & sententia lata virtute jurisdictionis prorogata ita prodest, & nocet, ac si à principio coram iudice competente facta fuisset.
- 18 Extensum censetur idem cum prorogato atque iuris dispositione seu fictione non secundum veritatem.
- 19 In materia penalis, sive odiosa extensum non censetur idem cum prorogato sed diversum ab eodem et crescitur.

- 20 Prorogatio valeat, oportet quod ille, cuius prorogatur jurisdictionis, illam habeat, aliam impossibile est prorogatio.
- 21 Id quod nullum est, extensionem minime recipit.
- 22 Prorogatio non admittitur quando jurisdictionis competit sub conditione, vel ex die.
- 23 Quando jurisdictionis competit sub conditione, vel ex die non dicitur competere jurisdictionem, sed tantum spem habendi illam.
- 24 Inducitur caput primam §. post hoc, de appellatione in 6.
- 25 Iudici, ad quem ab interlocutoria appellatum est, competit jurisdictionis cognoscendi de causa particulari. Etiam retinendi sub conditione, nempe si causa appellationis coram eo sit verificata, & ab eo fuerit pronuntiata bene fuisse appellatum.
- 26 Respondetur ad inductionem dis. cap. 1. §. post hoc, & ostenditur ultra partium consensum intercessisse Papa approbationem, & confirmationem.
- 27 In dis. x. 1. §. post hoc, probatur per locum ab speciali iudicem appellationis non posse de causa principali cognoscere ante verificationem causam appellationis.
- 28 Iudex datus per Cancellariam absque speciali commissione Papa non potest etiam de consensu partium de causa particulari cognoscere ante verificationem causam appellationis.
- 29 Papa competit jurisdictionis generalis cognoscendi de omnibus causis orbis, non quidem sub conditione, sed pure & simpliciter quomodo ea non utatur ne ordinario præiudicetur.
- 30 Vbi causa devolvitur ad curiam Romanam potest Papa jubere, ut iudex de causa particulari cognoscat, etiam non verificata causa appellationis, quod non ex vi prorogationis, etiam si partes in hoc consentiant, sed ex speciali commissione Papa inducitur: & ratio ibi assignatur.
- 31 Iudex inferior non potest obstaculum juris tollere nec consensu partium si jurisdictionem concedere potest ante verificationem causam appellationis.
- 32 Facilius reconvolescit actus sublato obstaculo quam de novo inducitur.
- 33 Ex stylo curie Romanae quando iudex prolationis ab interlocutoria pronuntiata non bene fuisse appellatum, potest nihilominus causam illam retinere sperari pro et quod non sperari iustitiam sibi fieri in partibus.
- 34 Ex stylo curie Romana limitatur decisio cap. ut debetur in fin. de appellat.